



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CCCXLII. Bischof Borchard von Halberstadt bestätigt die Dotation eines Altares in der Elisabeth-Kapelle zu Tangermünde, am 16. October 1456.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CCCXLII. Bischof Borchard von Halberstadt bestätigt die Dotation eines Altares in der Elisabeth-Kapelle zu Tangermünde, am 16. October 1456.

Borchardus, dei et apostolice sedis gracia Episcopus Halberstadenfis, omnibus et singulis Christi fidelibus cuiuscunque status dignitatis preeminencie aut condicionis existant per ciuitatem nostram et diocesin Halberstadenfem vbilibet constitutis presentes nostras literas inspecturis, visuris et auditoris salutem in domino sempiternam. Quum ex pastoralis officii nostri cura nobis incumbit, vt hiis presertim summopere ac vigilantis sollicitudine intendamus impendamusue operam diligentem, per que diuinus cultus augetur ac dinoscitur recipere incrementum, id quod venerabiles viri et domini Hinricus Wulfenger, canonicus ecclesie Sancti Nicolai Stendaliensis, Albertus Ebeken vicarius in Welsnack Huelbergenfis, et Hans Wulfenger opidanus opidi Stendal nostre Halberstadenfis diocesim testamentarii et executores vltime voluntatis domini Tilemanni Wolfenger, quondam altaris sive vicarii in ecclesia parrochiali Sancti Jacobi Stendaliensis, fratris naturalis antedicti domini Hinrici, et Hans Wulfenger pro gloria et honore omnipotentis dei, eorum progenitorum, benefactorum ac dicti domini Tilemanni ac ipsorum testamentariorum nec non omnium Christi fidelium animarum salute vnum altare in Capella Hospitalis Sancte Elizabeth prope oppidum Tangermunde prefate nostre Halberstadenfis diocesim situatum in honorem sanctorum Elizabeth, Marthe et Magdalene ac sancti Lazari consecrandum vt fidedigno accepimus testimonio de nouo construxerunt et donarunt ad idem altare vnum calicem et singula ornamenta pro diuino cultu necessaria et requisita ac vnum perpetuum beneficium ecclesiasticum ad altare predictum fundare et ipsum dotare volentes primo assignauerunt et donarunt ad altare supra dictum duodecim florenos renenses singulis annis per consulatum opidi Tangermunde in festo sancti Bartholomei apostoli persoluendos pro tringentis florenis renensibus nec non sex florenos renenses singulis annis in festo sancti Martini per consulatum ciuitatis Huelbergenfis persoluendos pro centum confimilibus florenis apud prefatos consulatus sub reemptione emtos et comparatos prout in literis desuper confectis et sigillatis plenius dicitur contineri. Quare pro parte dictorum fundatorum nobis humiliter extitit supplicatum, quatenus predictum altare ac sepedictorum fundatorum ordinacionem, dotacionem et fundacionem autorizare, approbare et confirmare dignaremur. Nos vero Borchardus Episcopus antedictus, cultum diuinum quantum in nobis est ampliare cupientes, ac eciam supplicacionibus dictorum supplicancium fauorabiliter annuentes dictum altare, prefatam ordinacionem ac beneficii fundacionem ac omnia et singula supra dicta sic vt premititur facta et ordinata de consensu venerabilis domini Hinrici Stamerii, Archidiaconi Banni terre Balsamie, nec non prepositi et capituli capelle sanctorum Iohannis Baptiste et Iohannis euangeliste in castro Tangermundis prefate nostre diocesim Halberstadenfis auctoritate nostra ordinauimus et confirmauimus atque tenore presentis confirmamus, autorizamus et approbamus iuribus tamen episcopalibus et archidiaconalibus semper saluis, volentes prefatum altare vna cum redditibus supra dictis eidem altari vt premititur applicatis de cetero beneficium ecclesiasticum censerit atque fructus, redditus et prouentus memoratos prefato altari applicatos atque in futurum applicandos plena ecclesiastica libertate potiri debere et gaudere. Nos eciam Borchardus Episcopus ante dictus iuxta desiderium sepe dictorum fundatorum volumus et ordinamus, quod ius presentandi ad prefatum altare — apud seniore predictorum fundatorum et demum apud vltimum ex eis supersitum si duos ex eis premori contigerit tercio supersite remanente, et cum eius tres fundatores supra dictos ab hac luce migrare contigerit

ius patronatus siue presentandi volumus apud magistros communitatis pistorum in prefato opido Tangermunde in eum permanere, ita quod persona abilis et ydonea per prefatam communitatem pistorum aut maiorem partem eiusdem communitatis quamcumque et quotiescunque prefatum beneficium vacare contigerit nominetur per magistros et prouisores iam dicte communitatis — archidiacono terre Balsamie aut eius Commissario instituenda presente rectore eciam dicti beneficii seu altaris si non est sacerdos vt infra annum in sacerdotem ordinetur et apud capellam dicti hospitalis personaliter resedeat et ad celebrandum in qualibet septimana infra septimam et octauam horas tres aut quatuor missas de tempore aut de festo secundum quod eum deuocio sua duxerit, ita tamen quod ad secunda feria in qualibet septimana aut aliqua alia die si secunda feria propter aliquod festum solempne aut aliquam aliam iustam causam aliquod impedimentum fuerit missam pro omnibus fidelibus defunctis et presertim dictis fundatoribus et prenominato Tilemanno Wulfenger et eorum progenitoribus et benefactoribus celebret sit adstrictus. Si vero futuris temporibus de predictis redditibus omnibus aut aliquibus ex ipsis pro summis capitalibus supra dictis reempcionem fieri contigerit volumus et presentis scripture patrocinio disponimus et ordinamus, vt tales summe capitales in reempcione predictorum reddituum subleuande apud rectorem predicti altaris et magistros et prouisores pistorum in dicto opido Tangermunde existentes deponantur et per eundem rectorem dicti altaris cum scitu et consensu magistrorum seu prouisorum dicte communitatis siue societatis pro aliis redditibus ad dictum altare comparandis et in prefatum usum conuertendis quam primum commodè fieri poterit, ne ipsum altare debito obsequio defraudetur. Et hoc tocies fieri volumus, quociens necessarium fuerit vel quociens opportunum, et ne parrochiali ecclesie in dicto opido Tangermunde ex fundacione prefati altaris in iuribus suis parrochialibus aliquod preiudicium generetur sed potius commodum sibi senserit accreuisse, volumus et ordinamus quod quicquid ad dictum altare oblacionis nomine oblatum fuerit, plebano ecclesie parrochialis memorate pro tempore existenti vel cui per prepositum et capitulum supra dictum fuerit commissum integre et sine deminutione presentetur, et cum rector prefati altaris per plebanum ecclesie parrochialis antedicte pro tempore existentem deuota prece et sincera fuerit requisitus eidem plebano cum id necessitas exegerit in missis peculiaribus siue anniuersariis defunctorum aut similibus celebrandis cessante tamen quolibet legitimo impedimento et ad alia cultum diuinum respicientia, quibus alii vicarii prefate ecclesie parrochialis ex longeva consuetudine sunt obnoxii et obligati, sit adstrictus. Volumus eciam et ordinamus quod rector sepedicti altaris archidiacono Banni Balsamie et eius Commissario ad debitam obedienciam teneatur. Volumus eciam et mandamus quod huiusmodi nostre autorizacionis, approbacionis et confirmacionis temerarii transgressores anathemate debite feriuntur. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium et euidentiam presentes nostras literas approbacionis et confirmacionis nostri sigilli appensione iussimus et fecimus communiri. Datum et actum in castro nostro Gröningen, decima septima Calendas Nouembr., anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Et nos Henricus Stamerius, Archidiaconus Banni terre Balsamie, publice recognoscimus et protestamur, quod prefate fundacioni, approbacioni et confirmacioni consensum nostrum iuribus archidiaconibus tamen saluis prestimus atque eciam prestamus per presentes, in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus literis approbacionis et confirmacionis est subimpensum, et nos Symon Rosenwinckel prepositus, Hinricus Sunckendorp senior, totumque capitulum capelle Sanctorum Johannis Baptiste et Johannis Euangeliste in Castro Tangermunde Halbertadensis diocesis publice recognoscimus per presentes, quod in fundacionem prefati

beneficii seu altaris ac eius approbacionem et confirmacionem nostrum prestitimus expresse consensum. In cuius rei testimonium capituli nostri sigillum . . . presentibus est subimpensum.

Gercken's Fragm. III, 85-91.

CCCXLIII. Die von Jeez verkauften wiederkäuflich Hebungen aus Busse dem St. Clemens- und Cecilien-Altar der Marienkirche zu Stendal, am 29. Juni 1458.

Wy Frederick de oldere, Frederick vnd Hans, myne sone, Hans vnd Henning, brodere, Jans von Jeez feeliger sone, myne Veddern, alle gheheiten von Jeeze, wonastich to Büst vnd Hogen Wulzke, bekennen apenbar, dat wy — verkoft hebben dem erliken priestern Ern Hermanno Bantzku, Altaristen des Altars S. Clementis vnd Cecilien, belegen in vnsen lieuen frouen kerken to Stendal, I marck vnd VI pennige Stend. weringe in dem dorpe to Büst — vor XVII Mark Stend. weringe. — Nah der Gebort Christi vnser hern duzent virhundert vnd in dem acht vnd festigten Jar, am Sonnauend nah Johannis Baptiste.

Nach Gercken's Diplom. I, 216.

CCCXLIV. Privilegium für die Errichtung einer Wollwebergilde zu Stendal vom 17. März 1301, bestätigt am 3. Februar 1458.

In dem namen der Ewigen hilligen dryualdicheit amen —. Wy Radmanne der Stad to Stendall — betughen — dat wy — Ghegeuen hebben vnser liuen truwen borgern de wullenweuere effte lakemaker sint genomet, eyne Gulde effte eyne Innunge met sodanem rechte, alse hirnach vtgedrucket wirdt. To dem Irten nymant scal werden togelaten in desser Stad wullen wand to makende, he scal allerirft vnse borger syn vnde hebben de wullenweuer Gilde effte Innunge, alse se. Eyn man, de van buten Ingekomen ifs, des vader de Gilde vor nicht gehat heft, begeret he ere gulde to wynnende, so scal he se soken to dren echten morgenspraken, men dat tolaten scal werden vortogert bat to der drudden morgensprake, is he eyn bedderue man vnde eyn echte kynt vnde vnuorlecht alles synes rechten, so scal men en entfangen vnde des scal he sine bewisunge bringen met louenwerdigen luden eddir vorsegilden briuen In der suluen morgensprake vnde scal geuen vor synen auengange andirhalue margk vnde ses schillinge, des godes nymmet de Stad eyne margk vnde ses schillinge vnde de halue margk nymmet ore gulde. Ouer eyn kynt, des vader de Gilde effte Innunge touorn gehat heft, js id houisch vnde from, so scal men dat entfangen to der irten morgensprake, wan id darvme biddet, vnde dat scal geuen vor synem auengangk twe schillinge, de scollen de Stad vnde ore gulde like deylen: vnde de van buten jngkamen ifs, des vader de gilde nicht gehat heft, bogeret de ere gilde to wynnende, de scal dat